Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



110

in eos. Circumdederunt me sicut apes: et ex
arserunt sicut ignis in spinis: et in nomine domini quia
ultus sum in eos. Impulsus eversus sum ut caderem.
et dominus suscepit me. Fortitudo mea et laus
mea dominus: et factus est michi in salutem. Vox
exultationis et salutis: in tabernaculis iustorum.
Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exal
tavit me: dextera domini fecit virtutem. Non mo
riar sed vivam: et narrabo opera domini. Castigans
castigavit me dominus: et morti non tradidit
me. Aperite mihi portas iustitiae: ingressus in e
as confitebor domino: hec porta domini iusti in
trabunt in ea. Confitebor tibi quoniam exaudisti
me: et factus es michi in salutem. Lapidem
quem reprobaverunt edificantes: hic factus est
in caput anguli. A domino factum est istud: et
est mirabile in oculis nostris. Hec est dies quam
fecit dominus: exultemus et letemur in ea. O domine
salvum me fac. O domine bene prosperare: benedictus
qui venit in nomine domini. Benedixi